



Urkunden-Sammlung zur Geschichte der auswärtigen Verhältnisse der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

...

namentlich in Beziehung auf Anhalt, Bayern, Böhmen, ... und andere
Länder ; [Urkunden-Sammlung für die Geschichte der auswärtigen
Verhältnisse]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1843

CCXXXV. Markgraf Otto von Brandenburg bestätigt für sich und seine
Brüder den Deutschen Orden im Besitze des Dorfes und der Kirche zu
Berge bei Rodensleben im Magdeburgischen, am 18. Juni 1825.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56055](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56055)

Jus de Sneitlingen miles noster et alii fide digni. Et nos in testimonium huius rei Sigillum nostrum duximus presentibus apponendum. Datum Anno domini M^o.CC^o.LXXXquinto, XIII^o kal. Julii.

Nach dem Originale im Besitze des Hof-Cammerrathes Steinkopf zu Bernburg, Eigenthümers des Gutes Bergen.

CCXXXV. Markgraf Otto von Brandenburg bestätigt für sich und seine Brüder den Deutschen Orden im Besitze des Dorfes und der Kirche zu Berge bei Rodensleben im Magdeburgischen, am 18. Juni 1285.

Otto, dei gracia Marchio Brandenburgensis, Vniuersis, ad quos presentes peruenerint Littere, Salutem in domino ihesu cristo. Cum inter viros religiosos Commendatorem et fratres ordinis Sancte Marie Theutonicorum, in villa Berge iuxta Rodensleue commorantes, ex vna parte, et viros honorabiles prepositum, Decanum et Capitulum Ecclesie Stendaliensis ex altera, super eadem villa et ipsius Ecclesia omnibusque aliis pertinentiis ad eandem villam, Et super eorum proprietate interuenerit compositio dudum talis, quod prepositus, Decanus et Capitulum supradicti renunciauerunt omnino iuri, quod in predictis bonis competeat eisdem, Et si aliquod habebant, pro se et Ecclesia sua, illud in predictum ordinem transfulerunt; Nos ad bonorum instanciam compositionem huiusmodi, vna cum nostris fratribus, ratam habentes, Renunciamus pro nobis et nostris heredibus omni iuri, quod nobis et eis in predicta villa et eiusdem Ecclesia, ut in aliis quibuslibet pertinentiis ad predictam villam vel in ipsius proprietate competere posset ex eo, quod ad nos et fratres nostros et ad nostros heredes dicte prepositure pertinet collatio, Vel ex causa successionis hereditarie, Seu ex modis aliis quibuscumque: promittentes et obligantes nos curaturos et effecturos, quod fratres nostri et heredes nostri predicta tenebunt rata et non contrauenient in futurum. In cuius Rei testimonium Sigillo nostro fecimus tenorem prefencium communiri. Datum Anno domini M^o.CC^o.LXXXquinto, XIII^o kal. Julij. Testes quoque, qui fuerunt presentes ordinationi tali, quod huiusmodi littere deberent a nobis dari, sunt Honorabiles viri Magister Richardus Scolasticus Magdeburgensis, Adam prepositus Stendaliensis, Aluericus Subprior et frater Burchardus lector ordinis predicatorum in Magdeburg et Conradus de Sneitlinge, miles noster, et alii fide digni.

Nach dem ebenfalls vom Herrn Hof-Cammerrathe Steinkopf mitgetheilten Originale.

CCXXXVI. Otto, Markgraf von Brandenburg, verpflichtet sich einigen Hamburgern, den Rest seiner Schuld bei Vermeidung des Einlagers auf Martini abzutragen, am 23. August 1285.

Nos Otto, Dei gracia marchio Brandenburgensis, omnibus presentem litteram inspecturis volumus esse notum, quod de trescentis choris filiginis et centum et quinquaginta